

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De quatuor Hominum nouissimis - Qvi Qvidem Sacri Adventvs Qvatvor
Hebdomadis accomodati: Sed & Concionvm Fynebrivm materiam abundè
suppeditant

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1629

Feria Qvinta. De Incerta Mortis Hora.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56277](#)

DE M O R T E.

Recordare igitur, Christiane, nouissima tua, & in eternum non peccabis: memento mortis, oculisque patentibus eandem introspicere. Imitare hic gallos gallinaceos, qui dum micas, & victimam per terram sibi querunt, vnum duntaxat oculum terrae affigunt, alterum in altum tollentes, qui quo dammodo excuberet, ne accipiter aut milius improbus præoccupet, & in aera abripiat. Hoc ipsum & te velim facere, Christiane, & vno tantum oculo mundum resque terrenas respicere, alterum vero semper vigilem custodiare, qui nimirum in alterum mundum collimet, & videat num mors instet, quæ te hinc violenter abripiat, ac deprædetur. Lepores quoque natura pauidos apertis semper oculis dormire tradunt, ne fortassis à venatoriis, vel canibus præoccupentur. Et hoc tibi dictum puta, ut nimirum corpore dormiente anima excuberet, quo nullum detrimentum accipiat: aduigilat, ne crudelis illa belatrix imprudente opprimat: certo namque certius est, illam semel venturam, & omnibus esse necessariam subeundam, nullique omnino parcere.

Tu vero bonitas infinita & æterna, bonitas è qua omne bonum descendit, & dependet, oculos nostros aperi, simul & cor, vt satis quam fecimus hactenus eiusdem membris, & ante oculos eam habere valeamus: sumus eheu! adeo cæci, insipientes, atque vita huius conseruandæ studiosi, vt omne studium sit, voluptates & ineptias se etari, omnis nostra intentio perpetuas hic sedes figere, omnis denique actio in tuam offensam cedar. Ita siquidem mundo adhærescimus, itaque eidem infixi & quodammodo infirmi simus: vt nunquam in animum reuocemus, esse nobis ex eodem emigrandum, sed vitam perennem, immortalem & nunquam interituram, semitam nullo unquam aeo terminandam, & corpus etiam corruptionis expers nobis polliceamur: aliasque huiusmodi vanitates, & chimæras nobis fingamus. In hoc autem tu nobis impera Domine, quo omnes ineptias deseremus, & omnes alias cogitationes, præter solam mortis, ex anima alegemus: & cogitemus interdum, ac nobiscum dispiciamus

esse nobis, divina lege, serius aut citius, moriendum, & legem hanc intuolabilem clæ decreterum irrevocabile, statutum cui nemo queat contradicere, & omnibus communem sententiam: communem dico, quod nullus ab eadem exemptus sit, non parvus, non magnus, non diues, non pauper, non nobilis, non plebeius, siue reges, siue inopes erimus coloni. Atque hæc vna cogitatio, ardentissime animarum nostrarum zelator, fatis esse potest, qua ad te accedere, mundi delicias aspernari, & recta ad æternam fidelitatem tendere possimus; in quam nos ingredi permittant, Pater, & Filius, cum Spiritu sancto, AMEN.

FERIA QVINTA.

DE INCERTA MORTIS HORA.

Pareto.

1. Quot incautos mors obruat.
2. De die hora de mortis incognita.
3. De aduigilatione ad horam.
4. De preparacione ad mortem.
5. De preparacione emissâ cum exitio.

Memorare nouissimæ tuae, & in primis mortis horam incertam esse, & in eternum non peccabis. Eccles. 7.

FIGVRA.

B Alatastar Babyloniorum Rex sumptuoso Dæm. 5.
Optimatibus suis mille coniuio instruto, cum temulentus præcepisset afferri vas aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo Ierosolymitano, vt ipse vna cum vxoribus & concubinis, & optimatibus ex iis biberet; atque inter coniuandum & binendum deos lusos ferreos & lapideos laudaret, genioqne liberalius indulgeret, & non nisi voluptates & lusus confectaretur, mortis & noviissimorum oblitus: ecce in eadem hora

G 2 appa-

apparuerunt digiti , quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aula regia. Tunc facies illius commutari , cogitationibus varijs cor lancinari , compages renum solui , & genua ad se inuicem collidi coepérunt : nec mirum, fera enim parca ei instabat , quæ vuln̄i insolitum illum pallorem totique corpori tremorem incusserat , mors scilicet : quæ eadem ipsa nocte nec opinantem opprimit , quippe qui in lecto confosus intererit . Fuit hæc história velut figura , & indicium , mortis horam semper esse inerrissimam : & tum , cum superbiore , regisice epulâri , honores ambire , incepire , lasciuia & genio indulgere quam maxime proponimus , Nestoreos nobis annos vitamque sumissimam promittentes : tum , inquam , vindicem illam & potentem æternæ iustitiae manum , mortis decretum aduersum nos pronuntiare , ad feralem illam bellatrixem nos saepe incautos opprimere . Eius scilicet hora incerta est , semper nos proditorie inuadit : qui que hodie longam sibi ærat & annos plurimos pollicetur , hunc noctu mors violenter abripit , vitaque exuet . Hac de re hodiernam concionem instituere decreuimus , quam variis concepitibus velut diuersis laporibus & condimentis condiemus : suggesterat modo auxilium Spiritus , qui linguis infantium facit disertas , & Virgo gloriola preclibis nobis suis , quibus apud Eulum potest plurimum succurrat . Salutemus eam igitur , Gabrielis Archangeli verbis , dicentes :

A V E M A R I A .

I. Interrogatus olim Iphicrates Atheniensis dux , cur tempore pacis & inter populos societate coniunctos , excubias ageret , aciem explicaret , armâ expedita & milites paratos haberet , non secus ac si hostis tergo imminereret , aut res in summo discrimine versarentur ; respondit , nunquam non vereiri , ne obruatur ineaurus & nihil minus eogitans , & tum dicere cogeretur , Non putabam instare periculum ; quæ imprudentium esse solet excusatio , non vero hominis cordati

*Plus. in A-
popkth reg.*

aut publicæ salutis curam gerentis . Et satis tantam exercitus sui curam gessit dux gentilis : Christianum prefecto par est non minori prudentia & cautione vitam dirigere , animaque exercitum ab omni periculo defendere .

Nam cum omnis homo in star dueis cuiusdam sit , & tot facultates , virtutes , meritaque in mundi huius castris sub signis habeat , inque continuis bellis & discrimini bus vitam traducat (nam *vna hominis militia super terram*) denique tres semper hostes potentissimos , carnem , mundum , & diabolum tergo , mortem vero omnium crudelissimam lateri & capiti imminentem habeat : nunquam non excubet , vigilias agat , in omnem partem circumspiciat , ac teneat undeque aduersas insultus eius miniat necesse est , ne fortasse ex improviso obruatur , & vitam cum dedecore & infamia amittat .

Paulus , qui olim mundi castra securus , Christi se deinde signis adiunxit , & inter summos duces locum meruit , ad hoc unum nos potissimum horratur , *Cum timore & tre. Philip. 1. m. re operamini vestram salutem* , ne incauti ab hoste obtuamini . Ipse etiam Redemptor noster Iesvs , omnium princeps & vertex , Apostolis suis hoc etiam saepenumero inculcat , dicens : *Estate parati , quia nescitis diem neq; Matth. 14. horam* ; quasi diceret , Nolite obsecro , Apostoli mei , indulgere somno , nolite indormisci , oculos semper habete aperitos , semper prompti & parati velut ad pugnandum statim : habetis enim hostem qui oinnes inuadat , qui que tum potissimum solet in gruere & impetrunt facere , cum ipsi quam maxime visum fuerit oportunum , & nos minime expectamus : adeo ut nec annum , nec mensem , nec diem , multo minus horam sciamus . An non igitur merito hæc hora incertitudo pensanda est : & an non merito caendum , ne ab hoste opprimamur :

Iacobus à stirpe Saul progenitus , cum olim in meridie præ astus vehementia in lecto iaceret in conclave , & ancilla ostiaria somno obruta non excubaret , à duabus sicariis Baana & Rechab , in ingue percussus ,

eussus interiit : factum siquidem tragicum & detestandum , sed quod nobis exempli loco sit: duos sicarios scelere infames , mortem & peccatum intelligo, tum, cum in vita nostræ meridie, id est, in flore ætatis sumus , cum in lectulum voluptatū ascendere proposuimus , & cum memoria : quæ est veluti ostiaria ancilla cordis, & actionum nostrarum obseruantrix, somno oppressa jacet: corporis nostri dominum subingredi, vitamq; nobis nec opinantibus nefatis eripere.

Id. II.

Sampson, miraculum illud orbis, & viatoris plurimis ac robore super æthera notus, cum in pellicis Dalilæ sinu incautus dormiret, nihil minus cogitans, ab hostibus ligatus est, excæcatus, ad mortem abductus, & casarius, in qua omnis fortitudo eius sita erat, detonsa. Denotat hæc allegoria, hominem , qui omnes inter creaturas velut quidam Sampson est , statim ut in voluptatum perfida huius Dalilæ, id est, carnis sinu moliter reuelscit, & excubias non agit; incautum à morte opprimi , omni sensu priuari, mille cruciatibus velut vinculis quibusdam stringi, bonis spoliari, vitamque tandem amittere. Eheu! quæ igitur excubia? quæ vigilæ agendæ sunt, ne ab hoste inopinatae inuadamur?

Mors non
nisi prodi-
toire nos
oppimit.

Matth. 24.
C. 25.

Annibal is
astatia.

Ipsa porro mors, quamuis audax sit, ut quæ maxime , multumque de se præsumens omnes inuadat: nullum tamen nisi proditrice & incaute impetrat, & insigne putat nullum locum nec horam indicasse. Si homines decipiatur, exarmatos aggrediantur, deliberate inuadat, summam gloriam se consecutam existimat, & in eo maximas delicias sitas autem. Hinc, ex consilio Redemptoris nostri, semper vigilandum est, & nullo non tempore & loco mors exspectanda: *Estote parati, quia nefas diem neq; horam.*

Ferunt Annibalem, fulmen illud belli, & totius Italæ terorem , qui varijs bellis & cladibus victorem orbis populum attrinxit, quam diu Scipionem Africanum sibi instare intelligeret , nunquam nisi armis circum datum, & vigilantibus ducibus, dormiuisse, fuit hoc quidem barbari militis astus : quid-

ni & Christianorum esse possit lectio , qua discant, sibi quamdiu sciunt mortem in acie esse , & nullo non loco & tempore aduersus se conspirasse, nunquam nisi memoria armata , & in omnem partem dispositis excubijis, quæ eam adesse denuntient , esse dormendum? Hinc Cicero in Catone Maiore: *Mor- endum enim certum est, sed in ritum an eo ipso die: mortem igitur omnibus hora impendentem ti- meas.*

Desribit in Apocalypsi, sublimium ille & *Cap. 2.*
arcanorum Dei mysteriorum interpres Io-
annes, prodigiosa quedam animalia, que ple-
na erant oculis ante & retro. Scio quidem per
hæc ipsa, varia, & quidem non inscite, desi-
gnati: sed docemur his etiam , esse nobis ho-
rum animalium naturam imitandam , oculosq; omnem in partem circumferendos, vt
videamus & aduigilemus, ne nos mors inter-
dum ante, & alias a tergo adoriatur.

Esse igitur pleni debemus oculis, & qui-
dem oculatissimi, ad omnes eius artes & ver-
sus detegendas, nosque ipsos à proditione
& fraudibus crudelis huiulce Amazonis tu-
tos conseruando: id est, debere nos mortis o-
mni in loco, & omni hora, meminisse, ne ipsa
nos improtuos adoriantur: atque ita fieri, ne
vnquam diuinam maiestatem peccando of-
fendamus. Hoc porro consilium Sapientis
est, dum ait: *Memorare neuissimata. Et in ater-
num non petcabu: porro verba hæc erunt qua-
si stadium, in quo hodierna decurret concio,*
& quidem in bigis: primo itaque ad oculum
demonstrabo , quam incerta ipsa mortis sit
*hora , ac deinde quoniam nos modo ad can-
dem præparari & disponi oporteat: in quo*
*me confido vestra omnium expectationi ab-
unde satisfacturum, modo linguis animisque*
faveatis.

Principio igitur quemadmodum nihil in *II.*
mundo morte est certius , ita eiusdem hora *De incerti-
nihil etiam incertius. Hinc in Sermonibus*
suis Bernardus : *Nihil certius morte, sed nihil in-*
certius hora mortis: perinde ac si diceret, De
morte certissime differere possumus, ac sine
villo errandi metu , cum cadem necessario o-
mibus & singulis impendeat : at de hora
G. 3. eius,

Eccles. 7.

CONCIO QVINTA

54

cius, quis est qui quidquam certi afferare audeat, cum de futuris contingentibus, caput nostrum superet, & à nostra cognitione nimium sit aliena? sibi ipsi hoc arcanum Creator reservauit, nullis id creaturis volens communicatum. Et quemadmodum opera sibi quædam singulare seruauit ad potentiaꝝ suꝝ magnitudinem declarandam, quæ aliis, quæ in rerum natura agunt, negavit, ut in primis ipsam creandi potentiam, quæ infinita atque omnipotentis cuiusdam virtutis est, & cui creaturarum humeri cedunt: ita quoque, ut scientiaꝝ eius amplitudinem perspectam haberemus, sibi vni arcorum rerumque particularium cognitionem ac scientiam referuant voluit, quam cæteris creaturis degauit: & in primis ipsam cognitionem horæ mortis. Ita namque id Apostolis Dominus declarauit, dum ait: *Non est vestrum, nosse tempora neque momenta, que Pater posuit in sua potestate.*

Et sane, ô Theologi, ipsa æterna Dei sapientia plurima arcana nouit, quorum cognitionem sibi soli reservauit, hominibus eam delegendio. Atque hinc Ecclesia in orationibus suis huic soli electorum & prædestinatoꝝ cognitionem tribuit, *Deus, cui sol cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus: quasi oraret, Omnipotens & omnisSciens Deus, tu es sublimis & summus ille Philosophus, qui numerum ad æternam beatitudinem destinatorum perspectum & cognitum habes, nos homines nihil sic scimus, ipsi quin etiam Angeli id ignorant, Seraphim hic velut in densis tenebris versantur, at tu solus & numerum nosti, & qui eiusdem numeri futuri sunt.*

Idem omnino de mortis hora dicendum est, ac credendum, summi luius vitæ & mortis arbitri esse, diem & horam eius nosse nostraque momenta arbitrii sui trutina pensare. Hinc ipse de se in Apocalypsi: *Habeo claves mortuorum & inferni: & Vates regius: Deus nosset Deus falsus faciendi, & Domini domini exitus mortis: illius est natura, mortis portas aperire, eiusq; adytum penetrare, ut dies & horas & momenta faciat, homini vero janua hæc semper occulta est, & ita occlusa, nulli ut vñquam*

Apoc. I.

Apoc. I.
Psal. 67.

permisum fuerit eandem aperire, licet multi id sepius, & quidem anxie, à Deo postularint. Millites id ab eo contendit Psalmographus, ut nunquam clamare desierit: *Notum fac mihi Psal. 13. D mine finem meum, ut sciām quid desit mihi vita. & alibi: Quod do facies de per sequentibus me iudicium? Vtinam, inquit, scirem Domine dñe, qua de inimicis meis vindictam sumpturus sis, quando eos deleturus, cum mea miki vita terminum reuelare nolis. Noli nimium curiosus esse in arcans Dei indagandis ô rex, desine secreta eius expiscari, illos namque articulos in scientiaꝝ suꝝ scribi, & archiūs cognitionis æternæ abscondit: litteræ hæ hominibus clausæ sunt, & velut ferreo sigillo munite.*

Præclarum huiusc refiguram in Apoca- Cap. lypsi detegimus. Vedit ibidem Ioannes libruꝝ septem signaculis munitum, & ita munitum, ut nemo in cœlo, nec in terra, neque sub terra eadem referare, aut librum potuerit inspicere. Quid autem, vestra sententia, liber hic designat, nisi ingens illud volumen diuinæ scientiæ, in quod omnes secreti prædestinationis, extremi judicii, hora mortis, aliorumque arcorum articuli relati sunt? volumen, inquam, ita obseratum, & rot signaculis munitum, nullus ut vñquam in cœlis Angelus, nullus in terra homō, nullus apud inferos dæmon eadem referare, aut, non dico, volumen legere, sed ne vel characteres illius, imprimis qui ad mortis horam spectant, nosse potuerit.

Nulla reuera vñquam creatura exstitit, Nullus va- in quantum pura & nuda creatura erat, quæ quam obi- mortis suæ diem præscierit, nisi id illi Deus sus diem singulare quadam ratione reuelasset. Vnde prescivit, Prophetæ Iob: *Numerus annorum incertus. Bo-nisi singu-lari Del-te-canuisse, oculique eius caligarent, moris ta- uelatione. Gen. 17. li mi Esau, quod senuerum & ignoram diem mor-tis mee.*

Video deinde & Regem potentissimum anxiū & sollicitum, quod horam exitus ignoraret, Benadad scilicet Regem Syriæ: hic enim cum graui tactus esset ægritudine, & scire vellet, dum è morbo esset mori-turus

4. Reg. 8.

Cap. 15.

Gen. 17.

turus nec ne , Principem militiæ cum quatuor camelis, donariis & muneribus onustis ad Eliseum Prophetam destinavit, qui cum hac sollicitudine ac metu liberaret, certoque diceret, num sanitatem consequeretur, an vero ad patres suos apponneretur. Nullus igitur hanc horam nouit, sed illa penitus incerta est, atque ideo semper metuenda & metuendo expectanda, ne improviso nos opprimat.

Mors ho-

die potens admodum est. Arque hac præsertim ætate: nunquam enim tanta mortis audacia fuit ad nos inuadendos, nunquam tanta eius ad nos prosternendos potentia, neue tanta eius vñquam perfidia & vafrities ad nos subruendos, quanta modo. Fuit enim aliquando tempus, cum non nisi proprijs armis pugnaret, suosq; tatum veruaculos in prælium aduersus homines armaret, senectutem scilicet, morbos, & aliquantum violenta vel fortuita: nā bellum non nisi hinc inde in orbe sparsum erat, peftis non nisi post quadraginta annos & aliquando post centrum redire consueverat, fames vt plurimum in arenibus Africæ aut Arabiæ desertis grassabatur, nec ad Europæos tranare audebat: nemo quid esset apoplexia, ophthalmia, pleuritis, suffusio, inflammatio, quid parotides, noucerat: vix erat sermo de ulceribus, angina, synanche, podagra, tormentis iliorum, alisque morbis & infirmitatibus. At modo liberis per omnia mors habenis grassetur, omnia disicit & prosternit, variisq; accincta furiis & malis, bello inquam peste, violentia, proditione, nulloque dato otio aut inducens, semper homines inuadere contendit. Atq; ita sit, vt hora eius incerta sit, & nulli cognita.

Quod cum ita sit, semper vigilare oportet, & quotidie sese ad illam præparare, vt cū venerit, feliciter eius stadium decurramus. Sæpius hinc orando dicebat David: *Benedictus Dominus qui quotidie prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. Visus mihi autem est hic rex precibus se ad iter hoc extremum munuisse, & pios viatores imitatus, qui*

antequam in viam sese dedunt, precibus & orationibus iter Deo commendare consueverunt, atq; ita omnes Christianos facere par est, & hoc ipsum est, quod prius de excubis & vigiliis monui.

Refert Germanos Seneca, non mortem, *In epistola.*

sed mortis genus timere solitos, quidni & hoc de Christianis dixerō? eos scilicet mortem non debere timere, sed genus mortis: ipsorum enim mori nihil est, pueris & animalibus commune, at bene vel male mori, magni momenti est, & in id omnis nostra cogitatio ac studium dirigendum, deq; duobus his nos maxime sollicitos esse oportet. Magnum quidem est, ac plurimi faciendum bene vivere, at pluris adhuc, bene & laudabiliter mori. Sæpenumero enim fieri videmus, vnaues, Simile. quæ maris rabiem, & procellas jam feliciter euaserunt, ad littus misere nonnunquam alligæ, in ipso portus conspectu, cum in anchoris stare cogitant, naufragium patientur: Multæ Aliud. enim arbores, quæ toto brumali tempore nubes, & gelu sustinuerunt, & cæli injurias contempserunt, initio veris exarescunt. Idem prorsus animabus nostris contingit. Plures enim sunt, qui cum toto vita tempore innocenter & sancte vixerint, feliciter mundi huius oceanum enauigauerint, atq; omnibus mundi tentationibus viriliter restiterint, & jam ad horam morris velut ad porrum peruenient, quasi in alterius vitæ vere constitutæ, pereunt nihilominus, exarescunt, ac triste ac deplorandum salutis suæ naufragium faciunt. Quamobrem circumspiciendum est & attendendum antequam eo perueniatur, & ad tam periculosum iter paulatim animus præmuniendus: tela namque præuisa minus ferunt.

Maxi. c. 46.

Mosonius Monachus, vt refert Maximus, cum interrogatus esset quidnam maximum ad bene moriendum momentum afferret, respondit: Ultimum semper sibi diem cogitando proponere. Quicūq; igitur bœs, & sancte mori desiderat, dudu ante de morte cogitet, eius sese memoria maniat, atq; ita improviso eius.

eius impetu tueus erit. Redemptor quoque noster Iesus Christus, utpote qui non ignoraret, quanti id ponderis esset, toties nos ad vigilandum & excubandum adhortatus est, monuitq; ne à morte inopinato opprimere mūr: *Videte, vigilate & orate: eſt uis enim quan- do tempus ſit.* & mox vclut c̄pi honema subnexit, *Quod autem uobis dico, omnibus dico, vi- gilate.* Et apud Lucam, *Vigilate itaq; omni tem- pore, id est, vespere & mane, noctu diuine, in adolſcentia, & ſenectute: mors enim nō dor- mit, sed nobis dormientibus vigilat.* Confirmant id ipsuſum & duo Apostolorum vertices, Petrus ſc̄licet in ſua Canonica, *eratres, ſed bry- effote & vigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit quareſ quem deuoreſ.* Sed quod ille de diabolo, cur non poſſimus nos de morte intelligere, quæ vera quædam diabola eſt, ſemper nobis inſtaans, & ſuperim- minens, ut nos deuoret & deglutiāt: quam obrem vigilandum eſt. Multo vero clarius Paulus, *Vigilate, ſtate in fide,* mors enim crude- lis illa bellatrix aduersum uos conſpirauit, & uelutram perniciem molitur: O quam ſalutaria monita! quam ſalubria conſilia! quam mortis hora incerta eſt.

**Mortis ho-
ra incerta.** Incerta inquam, adeo ut nullum ad mor- tiendum præfixum & ſtatutum tempus, nul- lum locum aſſignatum habeamus, nec in no- tra ſir voluntate domicilium eligere, in quo hoc debitum perſoluamus. Sed vbi que loco- rum effera illa Parca ſc̄le ingerit, omnia loca ſibi oportuna putat, & omne tempus ido- neum stragi.

Ac velut iij, qui in foro criminali ad mor- tem condemnantur, non vno omnes tempo- re aut hora ad ſupplicium rapiuntur, ſed ſinguli diuero tempore: alij vero, ut latrones & ſicarij, quos lictores captiuos abducunt, co- dem quo capiuntur die: non ſecus quoque cum hominibus agitur, hominibus inquam, à longo jam tempore in persona Adami ad mortem condemnatis: omnibus enim vitæ huius horis aliquor ad ſupplicium rapiuntur: alij ſub uesperam ſenectutis, alij in meridi- die florētissimæ ætatis, alij ſummo manu & ſub auroram vitæ, ut infantes lactentes, alii denique quamprimum ut eſſe incepint, ef-

ſe etiam defiunt, in ipſa nimirum matris al- uo extincti. O crudelitatem inauditam! o mortem amaram, & nimis incertam eius ho- ram!

Ad quid enim toties in ſacris litteris mun- Inſignis dus tetto carceri & arcta custodia com- conceptus, ratur: ut, *educ de cuſtodia animam meam,* qua Psalm. 141, verba, qui de corpore intelligent non pecca- bit: equidem de mundi cuſtodia ea malum in- telligi. Ut nimirum hinc diſceremus, eſſe nos in hoc mundo, velut in tetro aliquo carcere ad mortem condemnatos, ſine uilla venia, indulgentia, aut misericordia ſpe, in quem nos diuina iuſtitia velut captiuos & reos cō- pegit, ſuo omnes tempore ſupplicio mortis afficiendos: non quidem omnes eodem, nec vno die aut hora, ſed nos hodie, crasillos, ut vnu poſtalium ſuccellue, ſine uillo æta- tis aut honoris discriminē, nihil minus cogi- tangs, & horæ ignarus, ad mortem & ſuppli- cium rapiuntur. Ita namq; id ipſa ostendit ve- ritas dicens, *Vigilate, quia nescitis diem neque horam.* Matth. 24.

Sæpe mecum tacitus admiratus ſum, cur Mors ſu- in ſacris litteris mors furi comparata fit, (vn- comparata de Paulus, *Veniet tāquam fur in tua hora*) cuius i Thes. 5, causam dum indagarem, optima mihi vtriusque videtur ſimilitudo, & magna inter utrūque affinitas. Fur enim nocturnus, non niſi dormientibus hominibus, eiusq; aduentum non exspectantibus, venire ſoleat. Hunc imi- tatur & mors, ipſa enim prædatrix eſt & bo- norum & honorum & ipſius etiam vitæ, ſed quæ nonniſi imprudios, & vitijs indormi- tes adoriri ſoleat. Dociuit me hunc conceptū ipſius Redemptoris noſtri ſchola, quæ ait, ſi ſciret pater familiæ, qua hora fur veniret, vigila- ret utiq; & non ſineret perfodi domum ſuam. Per ſurem hunc nocturnum mortem intelligit, quæ inſtar furis dum minime cogitamus cor- poris noſtri parietem ſuffodit & deſtruit, quo vita noſtra theſaurum diripiatur. Sane ſi no- bis de die & hora cōſtareret, vigilaremus haud dubie: ſed hoc minime fieri potest, cum eiusdem hora incerta fit & penitus incognita. Scimus quidem ſtatutum eſſe omnibus ho- Hib. 9. mini-

M. 16. minibus semel mori, sed nescimus quando id futurum sit, hodie an cras, de die an noctu, hoc anno vel illo: dixit quidem I^on*as regi* Ezech*ie*, quod moreretur; *D*ispose domuitu*s*, quia moreris, sed quo die aut hora id futurum esset non dixit, scimus quidem omnes esse nobis intra octogesimum ad summum annum, aut sexagesimum moriendum, sed nescimus prorsus quoniam id anno futurum sit. An non igitur merito vigilandum, excubandum & quotidie in omnem partem circumspiciendum est. Dic mihi Christiane, si v*rbi* alicui potentissima excidium & strages certissimo post 6. aut 7. menses euentura praenuntiaretur, an non ciues omnes de die & nocte sedulo excubarent, ne fortasse incauti obrueretur. Cuius rei euident exemplum in ciuitate Nineue videre possumus. Vix enim I^on*as iram Dei denuntiauerat*, quin statim omnes tristiti*h*oc nuntio percussi, rex simul & ciues, nobilitas cum plebe, precibus, ieiunijs, armisq*u*; penitentia*m* in manus sumptis, iram Dei conati sunt auertere, vrbemq*a* periculo immunem praestare.

P. 89. Vos vero noui Niniu*t*ex*z*, noui Assyri*j*, vos intelligo, peccatores excexcati, fustollite pauli*s* per oculos, & videte quid reru*h* hic agatur, audite quid in vestrum hic emolumen-tum proferatur: Suggestur vobis, acclama-tur, ingeminatur, post octoginta, aut ad summum centum annos, certo certius vobis esse moriendum. Vnde vates & rex de homi-nu*m* vita vaticinatus ait, *Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentissibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.* Quamobrem, dum tempus est, arma indu-te, excubate sedulo, in omnem partem cir-cumspicite, nequid anima*m* vestra resp. de-trimenti capiat: neque enim in tam immi-nenti & ingenti periculo, somno aut quieti indulgendium est. Somnolentiam in Petro Apostolorum Principe, suoque in terris Vicario Dominus castigavit, quod nimirum instanti passione & morte, in utramque au-rem securus dormiret, dicens, *Simon non potuisti: in hora vigilare m. cum? quasi diceret: Quid mors instat Petre & non excubas? mihi iamiam moriendum est, & tu suauiter*

Tom. 4. Bess. Aduent.

dormitas? Arguit & eandem somnolentiam Scriptura in I^on*as Propheta*, quod scilicet in extremo discrimine constitutus, & vix duobus a leto remotus digitis, securus & tutus, in carina nauis, placide somnum carperet. Et quibus omnibus inertiae & desidia arguendi sunt, qui in imo nauis huiuscem mun-dan*e* fundo, sine villa anxiate, & sollici-tudine suauiter dormiunt, de nullo minus quam de morte, qua*m* tergo tamen imminet, & cuius hora adeo incerta est, solliciti.

Rex aliquis cum intelligit sibi a quoquam Insignis subditorum tendi insidias, & varijs caput conceptus, expostum esse discriminibus, adeo ut nihil intentatum sicarius ille relicturus sit, quo cœptum ad exitum, vel clam vel palam, cœcta vel gladio, aut quacunque alia ratione deducat, corporis custodes duplicat, salutantes quoslibet suspectos habet, & ab omnibus accendentibus periculum sibi putat impendere. O cæcas hominum mentes! scias velim, O homo, qui à primordio crea-tionis tuæ, totus vniuersirex es ac Dominus ab ipso vitæ principio, inter omnes inimi-cos felicitati inuidenter, esse quatuorde-cim iuratissimos, quorum unusquacunque tandem ratione, vel peste, vel morbo, vel ali-quo alio casu fortuito aut violento, tibi ne-cem & exitum inferat: Qui sunt hi quatuor-decim dies & noctes totius hebdomadæ, se-prem nimirum dies, & septem noctes, quo-rum unus tibi certissime vitam eripiet, quo-cunq*u*; tandem artificio obnitaris.

Sed ignoramus futurusne sit dies, an vero nox, dies etiam Dominicus an Sabbatinus. An non igitur semper vigilandum est? an non omnes dies & noctes vita suspectos ha-bere oportet, & semper timere, ne dies qui hodie illucescit, nos opprimat, & nostras co-gitationes & sublimes conceptus in nihilum redigat? Hoc itaque vos cogitare velim, Au-didores, ad quod ipse etiam Sapiens nos hor-tatur dicens: *M. morire nauifi a tua.* Quamobrem quod initio etiam dixi, vobiscum di-spicie, quam incertum si mortis tempus, quamque dubia eius hora, sed potius quiete & placide eam exspectare, quotidie vos ad bene laudabiliterque moriendum disponen-tes: quam dispositionem diffusus iam dedu-tes: quam dispositionem diffusus iam dedu-

H. cam,

58
cam, atq; ita ad secundum concionis mem-
brum deuolar.

IV.
**D e p r a-
pa-
ra-
tione ad
mo-
rtem.**

Si quid est, auditores, ad quod homo di-
ligenter se quotidie ac nunquam non debet
disponere, ipsa profecto mortis hora est, se-
dulo namque ei curandum *repost* longam
vitam huius navigationem feliciter ac sine
naufragij periculo communem hunc por-
tum, per quem in alteram vitam peruchi-
tur, intrare valeat: omnis siquidem nostra
fortuna, iustificatio scilicet, vel æterna da-
minatio, ab unico hoc punto dependent.
Seneca hoc animaduertit, nosque animad-
uertendo admonet, ut quotidie ad mortem
nos præparemus, *Intertum est quo loco mors
expedit, itaque tu illam omni loco expedita:
nam quia mors adeo occulta est, eiusque
aduentus adeo incertus, necessarium est ho-
minem ad eam se accurate disponere, quo-
cunque illam loco exspectare, semper velut
in specula excubare, ne incensus ab illa op-
primatur.*

Dixit quidem olim Plinius, non minima
felicitatis loco habendum esse, subita ac re-
pentina morte hinc auferri, nullaque præ-
via mortis cogitatione aut apprehensione
discedere. Julianus quoque perfuga Chri-
stianitatis, ut refert in eius vita Marcellinus,
cum occulto quodam istu cælitus vibrato,
nec opinatus extingueretur, oculis ac ma-
nibus in cœlum sublati, immensas dijs gra-
tias agebat, quod sine ullis tormentibus, cru-
ciatibus aut morbis hinc discederet, sed læ-
tus ac festinus, ut qui velut è medijs nego-
tiis ac quodammodo adhuc agens abripe-
retur. Iulius Cæsar, ut Plutarchus tradit, cum
in senatu de optimo ac beatissimo mortis
genere disceptaretur, in opinatam & inexpe-
ctatam optimam iudicavit. Istud quidem
Ethnicorum fuit iudicium, qui verè religio-
nis expertes erant, sed apud Christianos,
quorum melius semper & sanius hac in re
habitum est iudicium, ea mors & pessima &
infelicitissima iudicatur: nam nihil est quod
toties à Deo Ecclesia postulat, quam ut filios
suos à subitanæa & inexpectata morte tue-
tur. *A subitanæa & impronta morte, libera nos
Domine.*

Ipsa vero scriptura sacra inter pœnas &

supplicia peccatis debita mortem repen-
tinam enumerare consuevit. Hinc Job
Propheta de impiο quodam tyranno lo-
quens, tale de eo iudicium ferr, *Aufere-
tur spiritus oris sui*, id est, Mortetur sanus, in-
columis, bene valens, sospes, & nihil mi-
nus quam de morte cogitans, & paucis ut dic-
cam, morte subita & repentina, morte ty-
rannis propria, qui morbo rarissime, sed ut
plurimum, morte violenta & cum sanguine
ad generum Cereris descendunt. Eandem *Psalm. 18.*
pœnam Psalmographus quibusdam tempo-
ris suis nefandis hominibus comminatus est:
*Vos autem sicut homines mori-
mini, & sicut v-
nus de principibus cælestis*, id est, morte repen-
tina, potius traditione quam morte natura-
li, ad imitationem regum, quos prius ad se-
pulchrum ferri videmus, quam de morbo
eorum sermo fuerit. Hinc in Psalmis legi-
mus, *Non est respectus morti eorum*. Et Job, In *Psalm. 12.*
puncto ad inferna descendunt scilicet impij, qui *Job. 1.*
morte repentina in hoc mundo puniuntur,
& æterna in altero: sine villa reflexione, con-
tritione, confessione, sine vlo pœnitentia
signo, morientes.

Intrautem mortem semper præmeditam-
tur & ante oculos habent, & ad cum velut ad
speculum omnes animæ labes ac nœuos ex-
aminant, examinatos eluunt, nihilque adeo
horrent quam subito & improinde ex hac vi-
ta, sine vlo pœnitentia testimonio, abripi,
verba illa Job usurpantes, si repente interrogat, *Job. 9.*
qui respondet et? vel, si ad Hebraicos fontes
reuoemus, *si rapuerit, qui respondit?* Id est,
Quid si repentina morte nos hinc abripi ob-
tingeret, non prævia delictorum confessio-
ne, nō obtenta peccatorum indulgentia, non
reconciliata diuina iustitia, non dispositis
conscientia negotijs, quid obsecro, respon-
debimus, quid in stricto illius iudicio in ex-
cusationem afferemus? Consultum est igi-
tur, hoc præmeditari, & sibi dum tempus est
propicere, ac semper quodammodo excu-
bias agere.

At dices, ad quid opus tot excubis, quid *Quid sit ad
necessitatem est assidue vigilare, aut ad mortem mortem se-
fere quotidie disponere?* quasi vero hoc eam disponere,
impedit vel retardet? anne ideo venite o-
mitter, quod nos eam præuidisse sciuerit?
Hac-

haccine ratione ab eius crudelitate immunes erimus? Non hoc est, Auditores, quod vigilare dico, sed rebus conscientia sua prospicere, & anima negotia in optimo statu constituere. Hac enim mors aliam longe magis formidandam secum trahit, mortem scilicet sempiternam: atque adeo si prior illa nos imparatos, vitiis immersos inuenientur, secundam procul dubio experiemur, & in aeternum peribimus; scriptum est enim: *Mors peccatorum, id est, cum peccatis hinc decedet, pessima, misera, deploranda, & vere infelix.*

Mors lupo comparata. Lopus, referentibus rerum naturalium comparata. Scriptoribus, si prior hominem viderit adeo nefcio quam occulta & arcana ratione, aerem inficit, ut vocem humanaam intercludat, ita ut homo penitus loqui aut clamare nefciat, quod insinuat ex parte Poeta, dum ait: *I e Meri lupi videre priores.* Mors. Auditores, cruenta illa lupa est, de qua loquitur, si enim illa prior nos occupet & inuadat, muros reddit, vocem qua ad Deum clamemus intercludit, omniaque diuinæ misericordiae obtinenda spem auertit! Eam igitur præuertere oportet, nosque quotidie ad eam subeundam disponere, atque hoc est, quod toties in Euangeliō Dominus cōsuluit, dicens: *Estate parati, quia nefas diem nego horam; porro diuinum hocce consilium diuina etiam figura confirmabo.*

Exod. 11. Voluit olim Deus, ut Israelita, antequam sub potenti manu eius Ægypto egredentur, agnus Paschalem cum summa festinatione comederent, baculos scilicet manus gestantes, & lactucas filiæstres manducantes, ne fortis leab Angelo exterminatore, qui magnum & crudele per Ægypti angulos stragem edebat, neci darentur. Designauit haec figura, esse nobis cum diligentia ac summa festinatione salutis nostræ negotium peragendum: baculus hic significat, semper nos vigilare & excubias agere debere, ne improinde occidamus: Lactucæ porro filiæstres denotant, penitentiam quoque hic esse necessariam: atque haec omnia cum summa festinatione esse deuotanda, ne exterminatricis, id est, mortis manu repente è medio auferamur, quæ per

omnes mundi plagas, varias & maxime metuendas strages edit. Redemptor noster Christus hoc pacto gloriam hanc visus est intellexisse, cum præcinctos nos esse iubet, & velut paratos ad iter illud in alterum mundum peragendum: *Sint lumbi vestri preci-* *Luc. 12.*
Ati, *& lucerna ardentes in manibus vestris, &*
vos similes hominibus expectantibus Dominum suum. Sed verba haec metaphorice intelligenda sunt; nam præcingere lumbos, est velut vasa colligere, rerumque suarum sarcinam componere: faces illa ardentes, bona opera charitate flammatia designant: accurata autem haec seruorum expectatio, figura est diligentia qua se omnes ad mortis, quæ totius mundi domina est & regina, ut Apostolus ait, aduentum dispo- *Rom. 5.*
nunt.

Fœlix igitur ac ter beatus ille dicendus De meus, qui hoc se modo ad mortem præparat, ria mortis & cogitatione saltē crudelitatem huius gradus. Megæra anteuerit, assidue nempe eam in mente animoque habendo. Ita quoque sentit Ioannes Climacus, vir in huiusmodi negotiis versatissimus, & pictate in Deum præflans: *Probatus quidem ille est, qui mortem diebus singulis expectat, sed ille sane sanctius, qui hanc horis singulis desiderat Sufficere haec quidem possent ad mortis memoriam inducendam, nosque ipsos ad eam quotidie summa diligentia disponendos. Sed aliam adhuc figuram, variisque refertam mysteriis in medium adducam.*

Iussit olim Deus, ad primum tubæ clanculum omnes filios Israhel circa Arcam Domini conglomeratum congregari: at si prolixior & concisus clangor increpisset, morieri castra & profactionem adornari. Diuerso hoc tubarum clangore ad oculum mortis præparationem designati puto: scilicet statim ut aliqua nos ægritudo inuadit, quæ est veluti tuba & buccina superuentus mortis, esse nobis ad Deum, qui vera fœderis arca est, recurrendum, omnia peccata coaceruanda, intentiones omnes congregandas, & in eius conspicuom omnes cogitationes explicandas. Si vero clangor prolixior sit, si, inquam, morbus ingrauefcit, signum est, castra debere moueri, profactionemque in

alterum mundū esse instituendam, mundum deferendum, conscientiae negotia in tuto collocanda; nosq; ad iter longinquum accingendos. Necessaria est igitur diligens, & accurata sui ad mortem præparatio.

Simile.

Quicunque in aliam regionem profectio nem instituant, è qua nunquam amplius reveruros se cogitant, aliud non somniant aut cogitatione volvunt, quam iter illud suum, omnes idcirco facultates distrahunt, pecunie plurimum coaceruant, nihilque aliud secum asportare conantur, quam quod in itinere non sit grauaturum, & quod in regione in quam secedere cogitant, magnae aestimationis fore putant. Idipsum nobis faciendum est, Christiani, qui in hoc mundo viatatores sumus, (omnes enim à Domino peregrinamur) quique singulis momentis expectamus, ut nos hinc mors abripiat, & in altero mundo sislat, è quo amplius non dasiturreuerit (*Spiritus scilicet vadens & non rediens*,) atque ideo omnia quæ grauare queant, vendenda sunt, ut in Euangelio Dominus suavit, *Venit te que possidet, & date ei emolumenam: & facite vobis sacculos qui non veterescunt, thesaurum non deficitum in celis.* Assumentum quoque aurum & argentum gemmæque pretiosæ, virtutes scilicet, & bona opera charitate signata, quæ nulla melior & pretiosior moneta in illa prouincia haberi potest; unde Apostolus: *Monetam unum & leue tribulationis nostre, aeternum gloria pondus operatur in nobis.* Diniti porro huius seculi, & affectiones mundanae non sunt in illa regione nisi quisquilius, & velut nummi adulterini aut accipi. Sola virtus, meritorum, bonorumque operum illuc habet ratio, solaque illa in pretio sunt: quamobrem huiusmodi nobis merces, & quidem plurimæ, hic coaceruandæ sunt, quas in alterum mundum transiuchamus, quibusque illuc ditemur.

Iterum alia prodeat figura. Hebrei cum Ägypto egredierentur, ut terrę patribus promissę possessionem caperet, auro & argento, rebusque pretiosissimis, quas ab Ägyptiis mutuari erant, onusti, in terram Chanaan abierunt. Mysticè hic docemur, nobis, cum tandem aliquando mundi huius-

Ägypto egredi debeamus, virtutes plures, bona opera varia, & quidquid hic pretiosum est, quod in cœlestem regionem, quæ patria nostra est, deferamus, esse coaceruanda. Illi namque sunt thesauri & diuitiae, quarum in regione cœlesti usus est, quaque illic plurimi sunt. Ita namque id ipsa veritas testata est: *Thesaurizate autem vobis Matth. 9. the auros in eis u, ubi neque arugo neque tinea demolitur: & ubi fures non effodiunt, neque furantur.*

Hac scilicet ratione ad mortem nos disponere oportet, merita plurima seminare, virtutes coaceruare, bonorum operum merces congregare, vanitates fugere, & quidquid mundi est generosa quadam constitudine despiciere. Nam quemadmodum qui capitulare supplicio afficiuntur, sunt, nisi penitus despiciunt, omnem ridendi, ludendi, recreandique occasionem subterfugiunt, honores & dignitates exofas habent, sed vacanciam mortem quæ capiti superimminet, affidue ante oculos habent, & animo volunt, peccata præterita, vitamque priorem in mentem revocant, deque vniuersitate salute anxi sunt & solliciti. Ita quoque nos gerere oportet, Auditores. Nos enim, non lecus atque illi, iam inde ab utero matris, mortis sententiā nobiscum trahimus, quæ omni nos loco & hora, quandocunque ei viximus fuerit, potest inuadere. An non igitur ingens nostra stoliditas est ac velenia, interea dum ad mortem condemnati viuimus, & ad supplicium iamiam rapiendo sumus, in corporis huius ergastulo detentis, delictis iocisque indulgere, honores & dignitates ambire, risu & gaudio diffluere? O stultitiam deplorandam, & helleboro prudentiæ curandum!

Nobis ita, non ita, Christiani, alia vos profectio ratione ad mortem disponere deberis, aliaque aduersus eandem arma sumenda sunt, nimirum animæ fortes eluendæ, peccatorum integra & sincera exomologesis facienda, animæ res in tuto collocanda, & omnis danda opera, ut eadem affidue in mente habeatur, ne, dum venerit, in opinatio nos obruat. Quocheu! inopinata & subito ex hac vita abrupti ad tartara descendentes,

derunt, quod mortem vix vñquam ante oculos habuissent, & ad eam subeundam minime se disponuerent. An non Sodomitæ cum Gomorrahis populisque circumiacentibus, nūl minus quam de morte & vltima horacogitantes, sulphureo igne & fulgere suffocati, & diuinæ justitiæ vltionem experti sunt? An non & Ægyptij de morte haudquam solliciti, ab eadem fuere præoccupati, atque ad ynum omnes miserum in modum Maris rubri vorticis absorpti interierunt? Cœsus ille Euangelicus, an non etiam subita & repentina morte ex hac vita, nec opinatus abruptus fuit? Promittebat ille sibi annos Nestores, & vitam perenne duraturam, & ecce, prob rerum vices! eo ipso quo hoc concepit die, vitam simul & opes, ac quidquid earum habebat, & in quo ipem collocabat, misere perdidit. Audiamus quomodo sibi blandiatur: *anima, habes multa bona repastia in annos plurimos, requiece, comedere, libe, epidare: at mors e contra vana hac promilla eludens replicat: Stulte, ac nocte animam tuam repetent ate.* Plurimi quoque Reges & Principes improvisa morte subito hinc abrupti sunt. Tertius sit in primis Balthasar potissimum ille Babyloniorum Monarcha, qui medias inter epulas extinctus est, atque inter gulæ irritamenta bolum feralem, quem non quærebat, inuenit. Holofernes quoque princeps militiae Regis Assyriorum, in corde castrorum & in loco tutissimo constitutus, ab hac Parca præuentus fuit, & qui Bethulienses ferro, & igne delere decreuerat, muliebri inglorius mucroni jugulum præbuit. Amnoni de familia & domo David, mensa accumbenti mors sicam loco exquisitissimi cerculi apposuit, atque eum epulas funestu spectaculo eruantem in alterum mundum transiit, atque in æternum mensis, epulis & convuijs coegit valedicere. O iustum minime præuisum, & telum inexpectatum & penitus ineuitabile! Quare agite, Auditores, quotidie vos ad mortem, etiam antequam immineat, disponite.

Idipsum porro fiat mature, & dum liberum tempus habetis, neque enim expectandum est, cum jam illa tergo & capiti quam

proxime instar, cū vltimus vitæ imminet articulus, & pallore jam vultus induit, nōlite iniurari vñlitem illum, quem Alexander velut *Plut. in R. ignavum & inertem castris submouit, hic e- popht. reg.* armis poliebat, cum jamjam in aciem descendendum esset, & hostis in conspectu versaretur. At non ita vos velim agere, sed omnibus auctor sum, ut conscientiam sensim & quotidie poliatis, virtutibus bonisque operibus exornetis, anima que rubiginem, dum tempus liberum conceditur, & facile id ipsum fieri potest, deficeris, neue exspectetis, cum ja inconscium mors armata descendit, & copias ad præliandum explicuit: esset n. periculum, ne summus ille dux Christus, è libro vita eradat, éque numero prædestinatorum delear, eos, qui nunquam, aut saltē rarissime, arma spiritualia, (qualia sunt oratio, contrito de commissis, gemitus, suspiria, lachrymæ pro ijs dem) nisi cum jam moriendum est, & aduerum morrem, mundum ac diabolum certamen in eundum, tractant, vñlin manus sumunt. Hæc quidem ex historiis profanis, sed jam ynum è sacris archiis depromemus.

Pharao & Ægyptij cum Israélitas Ægypto egredientes insequerentur, viderentque se jamjam aquis in uolendos, cœptis desistere, & vnde venerant retrogredi cupientes, dixerunt ad inuicem: *Fugiamus Israélem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Sed serius, mors enim cum in foribus jam esset, prius reuerti noluit, quam regem cum vniuersis copijs ad inferos detruhisset: cum enim jam tergare retrogressuri vertissent, *Occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluvib[us].* Mūdus hic, Christiani, verus Pharaonis typus est, & peccatores, copiarum Ægyptiarum, hi namque dum conuersiōnem vitæque emanationem in ultimum vitæ articulum différunt, & in eius fine ad Dominum conuerti, pœnitentiamq; agere conabuntur, verēdum profecto est, ne serius sit, & ne rubrum diuinæ justitiæ mare eos furoris sui vndis absorptos ad inferna demergat. Quamobrem danda est opera, vt, dum tempus habemus, ad mortem nos præparemus: in quam rem horribilam, sed veram proferam historiam.

CONCIO QVINTA

⁶² Refert hanc Magnus Gregorius, quam dum vel animo voluo, horrore totus contremisco. Chrysoarius, qui vita semper fuerat profligatissimus, ac varijs sceleribus coquinatus: Cum ad ultimum vitæ articulum, jam venisset, quo exactissima summo judicatio vita ratio reddenda est, & videret demones cateruatum irruere, lecto frequenter assisteret, prædæque inhibare, graui & retro cœpit sudore perfundi, horrore concuti, ac toto corpore contremiscere: adeo ut cum demonibus visus sit configere & altercari, & in has tandem voces lamentabilis sono prorupet.

Greg. lib. 4.
did. c. 38.
Hom. 12.
Super Euang.

ras ad compunctionem indulge. Sed incansum: hæc enim verba sèpius nequicquam ingeminans, nec vel viuis horæ spatiū ad pœnitendum imperans, nequissimum spiritum exhalauit. Ecce, qui tot dies, tot menses, tot annos ad pœnitendum concessos neglexerat, in vita termino ne quidem vinciam impetrare potuit horulam. Magno igitur & euidenti salutem suam exponit periculo, qui ad mortem se dum potest, minime disponit, at pœnitentiam de die in diem differt, & qui hac in re negligens est, næ ille demonstrat, esse se de numero reproborum, nec ullam æternæ salutis ei obtinendæ spem esse. Quod ita demonstro.

Lett. 6.

Inter cæteras, quas sibi, ut immundas, offerri solebat Deus aues, erat & cygnus, & quamobrem? est namque avis pulcherrima, & candore cum nive decertas, pennis ad hæc elegantibus vestita, concentum quoq; edens suauissimum. Fateor, sed non canit, nisi in senectute, & dum mortem sibi vicinam sentit. Quo edocemur, inter cæteros homines, qui toties in Sacris litteris aubus comparantur, dum nimis dignitate & naturæ excellētia cæteris animalibus præstāt, solos cygnos, (id est, qui quidem egregiis honorum, dignitatum, diuitiarumque pennis nitent, sed non nisi in morte & vita termino jucundissimum illud pœnitentia canticum concinunt, & vita emendationem, qui suauissimus conceptus est, in decrepitam ætatem & mortis

tempus differunt) salutis suæ sèpē numero discrimen incurrere. Atq; ideo longe prius, ac tempore opportuno cantandum est, animus que quotidie ad mortem disponendus.

Quare agite, Auditores, cantate Domino canticum novum, concinste Deo carmen illud suauissimum, symphoniam illam jucundissimam, prædulcem illam musicam pœnitentiae, incipite illam jam à prima vita aurora concinere, neve in obscuram mortis eam vesperam differte: nam quemadmodum aurora Musis amica musicam excitat, auum, quas natura ad cantillandum & argutandum efformavit, linguis velut ligatas solvit, vesper vero, taciturnitas amans, easdem cogit obmutescere, sic & in hac vita videmus accidere, ad harmoniam enim, quæ ex sineera vita emendatione composita est, decantandam, maxime propria semper vita aurora indicata est, vesper vero & occiduus senectutis dies prorsus inepitus. Cataste igitur mane laudem carmina, quotidie vos ad mortem, ad funestum illum conflictum disponite, vigilate & excubate diligenter, videte ne improviso ab eadem opprimamini. Nihil quippe ad salutem consequendam hac cogitatione esse censuit Sapiens vilius, aut ad beatitudinem obtinendam efficacius, dicens: Recordare nosf. sima tua, & præsertim mortem, quamq; eius hora incerta sit, & ad eam te semper dispone, & in eternum non peccabis. At faciliiter morieris, nec vñquam ab illa præoccupaberis. O fœlix recordatio, & memoria vere exoptanda!

Tu porro hanc nobis gratiam concede, Dominus Iesu Christe, ut eadem in animis nostris memoria jugiter viuat, & in inferali mortis speculo nobis semper representet, quam incerta eiusdem sit hora, & neminem eandem vñquam sine singulari Dei revelatione cognitam habuisse: deinde eadem illa nos doceat, quamvis nihil eadem certius sit, nihil tamen eiusdem hora existere incerti: doceat, inquam, mortem esse velut cursorum velocissimum, latronem quoque expeditissimum, quæ noctu & interdiu, domi & in agro, in desertis & in viribus, in rusticorum tuguriis & regum palatiis omnia vastet, diripiatur ac destruet, id que

que nulla non hora; nulla tamen temporis certitudine. Esse quoque eandem carnificem mille tormentis & artibus instructissimam, quæ omni loco, omni tempore, omni momento & nullo non mortis genere, occidat, interimat, trucidet. Viuat igitur, viuat inquam in nobis semper sancta hæc memoria, ceterarū porro rerum recordatio penitus intermoratur, quo hanc horæ incertitudinem, ut par est, animo insculpamus ac vereamur; animo insculpentes ac verentes, diligenter solliciteque nos ad eandem, dum tempus opportunū habemus, & occasio cōmoda est, disponamus, idque per verum rerum mundanarum contemptum, nostram ipsorum abnegationem, sinceram ac diligentem vitæ emendationem, ac pœnitentiam opportunam. Hæc scilicet est optima ad semel bene moriendum preparatio, quo corruptibilis vitæ huius formam amittentes, aliam quandam quæ æterna sit ac semper duratura, in anima efformemus, ipsa scilicet æternam beatitudinem, quod nobis omnes sanctissimæ Trinitatis personæ concedere dignentur, Amen.

FERIA SEXTA.

DE IIS, QUÆ IN MORTE EVENIRE SOLENT.

Partitio.

- I. Quod mors sit horribilissima.
- II. De meribundi corporis doloribus.
- III. Exempla in idem.
- IV. Detentionibus animæ à Satana.
- V. De Damonum horribilitate ac violentia.

Memorare nouissima tua, &c imprimis quidquid in supra illa hora accidere consuevit, & in aeternum non peccabis. Eccles. 7.

FIGURA.

Impetratus ille ac magnanimus rex Israel Saul, cum olim defuncti cuiusdam

ab inferis redeuntis vmbram conspexisset, quæ instantem ei & filijs morte deuantiabat, dicens, *Cras tu & filii tui mecum eris: sed & i. Reg. 27. castra israel tradet Dominus in manus prius tuis;* tanto timore percusus fuit, ut, repentinam illum ex hac vita discessionem, fortunæ varietatem, regni ac rerum omnium amissionem, omnipia denique quæ tristi illa mortis hora eventura sunt, sibi proponendo, confessim emissis viribus, pallore vultum occupate corde & corpore tremens, in terram corruerit. Ex hac repentina regis consternatione discat homines, nihil in hac vita reperiiri, quod nos magis percellere ac terrere debeat, quam superemam illam mortis horam: horam dico, post quam alia nulla restat, quæque sola præ omnibus horis merito pertimescenda sit: horam, in qua mille tentationibus anima concurrit, mille corpus tormentibus excruciat, oculis mille spectra metum & formidinem inquietantia offeruntur, horam, in qua cuncta sexcentis membra doloribus & cruciatibus diu exantur. Latius hæc omnia hodierna conacione deducenda sunt: Intellectum tu modo illumina illustrationis tuae radio sanctissime Spiritus, tuque pro Ecclesiaste intercede Virgo sacratissima nostri apud Unigenitum tuum patrocinium suscipiendo: Tuum igitur unanimes imploramus auxilium, tibique flexis genibus recitamus.

AVE MARIA.

Salomon mortalium sapientissimus ac doctissimus, inque rebus naturalibus quam qui maxime versatus, cum ex professo de tremenda mortis hora loqueretur, nihil eadem in mundo esse putauit horribilius, aut quod maiorem homini terrorem, metum ac formidinem inquietat, quam horrendi illius conflitus qui tunc subeundus est, meditationem. Hinc ipse non minus etiam trepidans, alloquitur mortem, *O mors quam amara es! memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis,* & sub vmbra diuinarum suauiter apri- cant?

Post notabile hoc sapientissimi Regis apophthegma, Gregorius Magnus aliud non mino-